

Cuius sententiæ sunt etiam Doctores, quos num. 7. referam, dicentes non esse prolem legitimam, quando pater ad ordines est iam promotus. Et quanvis ibi dicemus prolem in eo euentu esse irregularem. At in hoc casu non est irregularis. Quia cap. literas de filiis presb. in grauiori delicto id statuit: vt dicebam in confirmatione ad r. rationem pro hac sententia. Hinc fit minus bene dixisse aliquos num. 1. allegatos hanc prolem esse legitimam. Peiusq; errant, quos ibi retuli, dicentes esse spuriam. Quoniam (vt probauit lib. 1. disputat. 2. num. 8.) filij habiti ex parentibus omnino solutis, voto simplici castitatis astrictis, nõ sunt spurij, sed naturales. Quia parentes valide possunt, quanvis sacrilege, inire matrimonium. Nedom vbi verum adfuit matrimonium.

4 Secunda conclusio. Si ante matrimonij consummationem uterq; coniux, aut alter transeat ad religionem, & professione facta filium concipiat ex priori coniuge, soboles est spuria. Constat, quia iam omnino prius matrimonium est solutum, nec potest validum inter parentes consistere matrimonium, impediendi professione vtriusq; vel alterius. Sic Maiolus de irregularitate, lib. 1. cap. 4. num. 4. Et conclusio est certa apud omnes. Non est autem idem dicendum, si vir tunc ad ordines sacros promoueat. Quoniam cum non dissoluitur matrimonium: extrau. antiquæ, Ioannis XXII. de voto: idem iudicandum est, siue ad te consummatum, siue post, id accidat. Vt bene aduertit Maiolus eo cap. 4. num. 8.

5 Tertia conclusio. Si post consummatum matrimonium, alter coniux altero ignaro, aut sciente, contradicenteq; profiteatur, & mox copulam habeat cum suo coniuge: proles omnino, & quoad omnes effectus est legitima. Quia professio fuit inualida cap. quidam, & cap. placet, de cõuers. coniug. atq; ita proli non præiudicat. Sic Maiolus lib. 1. de irreg. cap. 4. num. 5. Idemq; dicendum est, si vir constante matrimonio, siue rato tantum, siue etiam consummato, ad ordines sacros ignorante vxore, aut contradicente, ascendat. Quia licet ordines valide suscepti sint, at quia illegitimè contra iuris dispositionem, non possunt matrimonio, & soboli officere. Atq; in hoc conueniunt nobiscum aliqui Doctores ex num. 2. relatis: vt ibi aduertit. Idemq; sentit Maiolus eo cap. 4. num. 9.

vbi iuncto num. 7. re. etè docet hoc procedere, siue professus coniux, aut sacris initiatus, debitum reddat: quod sibi licitum est. Siue petat: quod sacrilegum est. Propter rationem traditam. Quare audiendi non sunt aliqui, qui teste. D. Antonino num. 2. allegato, dixerunt sobolem esse illegitimam, conceptam ex coniuge sic professo, aut sacris initiato.

6 Monerim aliquos Doctores, quos retuli, id aduertens num. 2. afferere prolem esse illegitimam, si cõcipiatur ex coniuge iam professo, aut ad sacros ordines promoti, altero cõiuge sciente, & consentiente, aut non contradicente, sed tacenti. At melius Maiolus. d. cap. 4. num. 6. 7. & 9. censet in hoc casu prolem omnino esse legitimam: sicut num. præcedenti diximus, quando id accidit altero ignaro, aut contradicente. Quia vt legitime id fiat, non satis est ille consensus absq; Episcopi decreto, qui cõnuere minimè debet, nisi seruatis, quæ ius præscribit.

7 Vltima conclusio. Probabilis esse existimo, contra sententiam num. 2. relatum, prolem susceptam post legitimam promotionem coniugis ad ordines, ex altero coniuge, verè esse legitimam. Hanc conclusionem probant omnes rationes adductæ num. 3. Nec. e. literas, de filiis presb. dicitur prolem hanc esse illegitimam, sed ex permissione posse ad ordines promoueri, vt constat ex eius verbis, quæ num. 2. retuli. At stat esse irregularem, & non illegitimam quoad successorem, & hereditatem, & alias dignitates, quod statim magis expiocabo. Huius sententiæ videtur Goffredus num. 2. relatus, vbi non dixit absolute hæc prolem esse illegitimam, sed quoad ordines, & dignitates, nempe ecclesiasticas, vt beneficia. Et tenet expresse Rainerius sum. ma. tit. de filiis presb. §. sed pone. Anton. d. cap. literas num. 7. ibi Abbas num. 4. sine. Cardin. q. 1. sine. Astensis summa 2. cap. lib. 6. tit. 22. art. 3. q. 5. Belleme. d. cap. literas num. 3. tota. q. 3. Maiolus de irreg. lib. 1. cap. 4. num. 9. Atq; idem dicit, & bene num. 7. de prole suscepta ex coniugibus, qui professionem fecerit matrimonio iam consummato. Quia eadem est ratio: eum matrimonij vinculum perseueret. At fatendum est prolem susceptam ex viro sic ad ordines promoti, esse irregularem. Quod probat. d. cap. literas, & docent ibi Glossa verb. legitima. Hostiens. ad finem, super verb. permittimus. Ioannes Andr. num. 6.

Abbas

Abbas num. 7. Anton. num. 2. Cardin. q. 1. sine. Rainerius, Astensis proximè citati. Maiolus. d. cap. 4. num. 9. Atq; idem re. etè dicit numer. 7. de prole habita ex parentibus post matrimonium consummatu professis. Quanvis enim textus non loquatur de illa, ac ratio in illo expressa paternæ incontinentiæ, fortius militat in hoc casu. Hinc deducitur intellectus ad. d. cap. literas: eum enim decidat sobolem hanc esse irregularem ad modum illegitimæ prolis, ob paternam incontinentiam, dicitur quodammodo illegitima, nempe, quoad ordines, & beneficia: at verè legitima est quoad successorem, & alios honores. Ita expliçant Rainerius, & Cardin. proximè citati. Anton. eo. cap. literas. nu. 7.

8 Ad argumenta num. 1. proposita respõ-

detur. Ad primam dic, non esse matrimonium quoad licitum omnino vsum, ac esse ad hunc effectum, vt ea copula non sit fornicaria, qualis est inter solutos: & id sufficit ne proles sit illegitima. Ad secundam, dic longe diuersam esse rationem. Quia ibi desideratur veritas matrimonij, quæ fundamentum est legitimationis, nec confert ignorantia impedimenti. Quia non est adhibita diligentia, præmittendo publicas denunciations. At in nostro casu est verum matrimonium. Ad argumenta proposita num. 2. dic. Ad 1. dicit inuaforem cubitis vxoris, quia sacrilege contra votum accedit ad illam: non autem quòd sit concubitus fornicarij, vt inter solutos. Ad secundum, constat ex dictis num. præcedenti, vbi explicui illud cap. literas.

DISPUTAT. TRIGESIMANONA.

Vtrum possit vir irritare vota ab vxore ante matrimonium emissa: vel eo constante, sine sua licentia, siue tunc implenda, siue facta in tempus soluti matrimonij: licet sint vota castitatis, & religionis: vota; sic irritata à viro, minime reuiuiscant soluto matrimonio?

SVMMARIVM.

Q Vot sunt questiones disputanda num. 1. & ibi remissiuè de dispensatione in votis coniugum castitatis seruanda.

Bisariam potest aliquis subijci, nempe, quoad materiam promissam, aut quoad voluntatis actum. Et quid distet inter hos modos, quoad potestatem irritandi vota? num. 2.

Refertur sententia asserens solum subijci vxorem viro ratione materiae promissa, virumq; sola vota sibi prouidantiam posse irritare. num. 3.

Vxor subijcitur viro; modo viro. potestq; vir omnia eius vota irritare: licet sint de rebus necessarijs, vt non mentiendi. num. 4.

Quid, si votum sit eundem in subsidijs Hierosolymitanum? num. 5.

Quid, de votis factis animo ingrediendi religionem ante matrimonij consummationem? remissiuè num. 6. & ibi, remissiuè, de voto religionis.

Quid, si alter coniux adulter sit, an possit innocentis vota irritare: licetq; innocenti cum eo irritandi periculo remittere adulterij iniuriam: vel ei qui non est matrimonio iun-

ctus, illud inire, si sciat fore vt alter coniux impediat vota implere? num. 7.

Quid celebrato diuortio? & an liceat coniugibus redire ad pristinam amicitiam, cum eo periculo irritandi? num. 8. & ibi, remissiuè, quid de votis tempore diuortij factis.

Soluuntur argumenta. Tridit arg; ratio, cur ne queat prelatus irritare votum religiosi irascendi ad perfectiorem religionem? num. 9. Post. num. 9. inuenies alia summaria.

H Atenus de obligatione vtorum coniugatorum disputatum est. Iam de remedio, quo potest illis consuli, disputandum est. Quod duplex est. Alterum dispensationis. De quo latè disertum est lib. 8. Alterum irritationis. Et de hoc est disputandum in præsentia, & aliquibus sequentibus disputationibus. Sunt igitur in præsentia disputatione, quinq; agitandæ questionis. Prima, de potestate viri irritandi omnia vota vxoris, dempto castitatis voto, emissa in toto matrimonio, pro tunc implenda. Secunda, de potestate irritandi votum castitatis eo tempore emissum, tuncq; imple-

Mmm 4 dum.

dum. Tertio, de irratione votorum, quae soluto matrimonio impleri debent. Quarto, de irratione votorum, quae ante matrimonium facta sunt. Quinto, num talia vota vere irritantur a viro, ita vt soluto matrimonio non reuoluantur?

2 **Quaestio prima, vtum vir possit irritare omnia vota vxoris, praeter castitatis, constante matrimonio absq; sua licentia emissa, & pro tunc implenda? Praemittendum est, bifariam posse quempiam alteri subdi, quoad votorum irrationem spectat. Primo, non tantum quoad voti materiam, sed etiam quoad voluntatem, qua se voto astringit. Quod contingit, quando superior habet dominium, aut quasi dominium voluntatis subditi, qua vouet, vt illum dirigat, ne imprudenter vota emittat. Quo pacto suddicit religiosus suo praelato: & filius impubes patri. Secundo, tantum quoad voti materiam. Quia ea vouetur in superioris praedictum. Vt suddicit filius pubes patri quoad vota realia. Constat enim non subdi quoad voluntatem. Nam tunc posset etiam personalia irritare, vt filij impubes. Ed vel maxime, quod nec omnia realia irritare potest, sed sola emissa de peculio aduentio, in quo pater habet vfum fructum, in eoq; damnificatur. Punctus ergo difficultatis in eo consistit, num vxor suddatur viro, quoad solam materiam promissam: ac proinde sola vota de materia viro praedictant emissa, possit vir irritare: an etiam quoad voluntatem, qua vouet, atq; ita possit vir omnia eius vota irritare. Sicut praelatus potest omnia religiosi, & pater omnia filij impubes.**

3 **Duplex est sententia, prima (& satis probabilis) ait subdi tantum ratione materiae, ac proinde ea sola vota posse a viro irritari, quae sibi, ac domesticae gubernationi praedictant. Ducitur primo, quia vir non est caput spirituale vxoris, sed tantum politicum, sicut dominus serui, quem tamen constat sola sibi praedictantia vota posse irritare. Et confirmatur, quia vxor non est sub viri potestate, sicut impubes suddicit patri, cuius voluntas est patris. Atq; ita Abbas cap. literas num. 27. de restit. spoliat. ait non ita subdi vxorem viro, sicut filium patri. Secundo, quia matrimonium non ordinatur per se primo, & vltimate, nisi ad bonum prolis, & familiae. Ergo vxor non suddicit viro primario, & per se, propter gubernandam ipsius vxoris voluntatem, sed propter bonum prolis, & familiae: ac**

subinde sola vxoris vota de rebus directis vel indirectis ad hoc pertinentibus, poterit irritare. Tertio specialiter probatur non posse virum irritare vota vxoris de rebus necessarijs. vt de non furando, de non mentiendo. Quia vir non habet dominium in hanc materiam, vt constat, sed solum Deo suddicitur: nec in adum voluntatis, quo vxor voluntatis quo vxor vouit. Quoniam ille est praeteritus, & ad praeteritum non est potentia. Quarto, probatur idem. Quia praelatus nequit irritare votum religiosi de trāsitu ad strictiorem religionem, factum: iuxta omnes. Quia materia illa non suddicitur potestati superioris: ergo similiter nequibit maritus irritare voto non mentioni vxoris. Cum materia haec minus suddatur potestati viri. Et si dicas, posse hoc irritari ratione nouae obligationis superadditae, eod quod superior, nempe, vir habeat dominium, in adum liberum, quo ea obligatio imponitur per votum. Cur non idem dicemus in eo voto strictioris religionis. Quod si dicas, id euenire propter damnū tertij, nimirum, religionis, ad quam est transitus, id dici nequit. Nam per votum non acquiritur ius tertio: alias non posset praelatus religionis in eo dispensare: quod minimè verum est. Ideo hanc sententiam videntur tenere Innoc. cap. scripturae, ad finem, de voto, & ibi Hostiens. ad finem, Ioann. Andr. num. 4. Anton. num. 3. Cardin. q. 14. Anchar. num. 13. vbi dicunt virum & vxorem in votis emittendis esse pares, & eque neutrum posse in alterius praedictum vouere. Et tenet Hugo cap. manifestum 33. q. 5. Vicentius speculo doctrinali, tomo 2. lib. 9. cap. 86. Turrec. d. cap. manifestum, num. 2. & cap. sunt quaedam 17. q. 1. num. 9. Carthusianus in cap. 30. Numer. ad finem, vers. sequitur de vxore. D. Anton. 3. par. ait. 1. cap. 22. §. 1. sine. Angelus votum 2. num. 8. Sylu. votum 5. q. 1. Et videtur sentire Tabiena matrimonium 1. q. 3. §. 4. sine, vbi dicit vxorem teneri implere vota quae viro non praedictant: secus de praedictantibus. & tenent etiam, Mayronis 4. d. 3. 8. particula 1. concl. 2. Maldus summa, tract. de voto, tit. de voto coniugatorum vers. quid si voueat mulier. Nauar. summa cap. 12. latine num. 64. sine, Hispanè num. 65. & cap. 28. additione ad num. eundem, & Latine, eodem num. 65. Margaritae confessorum, vbi de voti irratione, folio 135. sine, & sequenti Palacios 4. d. 38. disput. 3. folio 287. Valentia 2. 2.

dis-

disputatio 6. quaest. 6. de voto, puncto 6. in vltima difficultate de votis sudditorum. Ludouicus Lopez. 1. part. instruct. cap. 47. §. vltimo. Grassi. 1. part. decisio 1. lib. 2. cap. 29. num. 8. & part. 2. lib. 2. cap. 12. num. 45. Viualdus candelabro Sacrament. 3. part. cap. 14. num. 100. Philiacus de officio Sacerdotis, tomo 1. part. 2. lib. 3. cap. 18. §. 11. peccat. Ioannes Hefels in expositione de calogi. cap. 14. de 2. praepcepto Ecclesiae. Azor lib. 11. institutionum moralium, c. 17. quaest. 12.

4 **Secunda sententia (quae probabilior est) ait: posse virum irritare omnia vota vxoris constante matrimonio emissa, pro tunc implenda, si absque eius licentia facta sint. Probatur ex cap. 30. Numer. ibi: Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, si audiens vir, statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius: proprius erit ei dominus. Et ne aliquis existimet sermonem ibi esse de solo voto abinentiae. Septuaginta interpretes, Vatablus, Spagnius de omni voto vertunt, ac interpretantur. Et eodem modo intelligit D. August. lib. 4. quaest. 79. in Numeros, & refertur cap. noluit. 33. q. 5. ibi: Noluit itaque lex mulierem aliquod vouere, vt non in aliqua rerum licitarum abinentia, in eiusdem votis, summe valeat auctoritas, sed viri. Et cap. manifestum, eadem quaest. 5. quod est. D. August. in eodem loco, ibi: Manifestum est ita voluisse legem, firmam sub viro esse, vt nulla eius vota, quae abinentia causa vouerit, reddantur ab ea, nisi auctor vir fuerit permittendo. Dicit autem, Quae abinentia causa vouerit, ad distinctionem voti continentiae, de quo est specialis difficultas: vt videbimus num. 10. & sequentibus. Et clarius eodem modo intelligit locum illum. D. Ambros. lib. de paradiso, c. 10. & refertur. cap. finali. 33. quaest. 5. ibi: Evidentissime itaque apparet, ita virum esse caput mulieris, vt nulla vota abinentiae, vel religiose conuersationis, liceat sibi sine eius licentia Deo offerre. Et ratio est, quia quantum quoad actum coniugalem, vir & vxor pares sint, at in ceteris vir est caput mulieris. Ad Ephef. 5. Et mulier est sub viri potestate. Genes. 3. Omnes autem actiones corporis capiti sudduntur, ab eoq; gubernantur. Vnde fit, vt viri sit dirigere, & gubernare voluntatem vxoris, ne imprudenter voueat. Quare haec de causa suddicit Deus eius voluntatem viro. Quia mulier est leuis, imprudens, & facilis in votis emittendis. Ergo habet dominium, vel**

quasi in vxoris voluntatem, & non tantum in materiam promissam, ac proinde poterit omnia eius vota irritare: sicut praelatus religiosi, & pater filij impubes. Huius sententiae videtur expressè D. Thomas 2. 2. quaest. 88. art. 8. ad 3. vbi haec ait, Quia nullum tempus est exceptum, in quo praelatus non possit suddicere circa aliquid occupare, nullum votum religiosi est firmum, nisi sit de consensu praelati: sicut nec votum puella existit in domo, nisi sit de consensu patris: nec vxoris, nisi sit de consensu viri. Ecce quam elare id sentiat. D. Thom. dicens nullum votum vxoris esse firmum, & irrevocabile, nisi de consensu viri emittatur: & equiparatur vxorem in vouendo, religiosi, cuius omnia vota posse praelatum irritare, dubitat nemo. Idem videtur sentire Gloss. dict. cap. manifestum. verb. nisi auctor, vbi dicit eodum non esse pares quantum ad votum abinentiae emittendum: Et mox relata Hugonis sententia dicentis vxorem votere posse, quae non cedunt in viri praedictum, concludit canonem illum indistinctè loqui de votis. Atque ita aperte sentit posse virum omnia vxoris vota irritare, licet sibi non praedictent. Et clarius videtur ibi tenere Gratianus. §. ex praemissis, vbi solum votum continentiae exceptit, eod quod pares sint coniuges, quoad debitum coniugale. Concluditque hoc esse propter conditionem seruitutis vxoris, quae in omnibus debet viro subesse. Idem videntur tenere Glossa ordinaria Numerorum 30. ad finem. versic. vxor in domo: & ibi Hugo Cardinalis ad finem, litera K. vbi dicit nulla vota abinentiae vxoris esse firma sine viri consensu: Sumunt enim votum abinentiae, vt includat omnia vota praeter continentiae votum. Et videtur tenere D. Bonauentura 4. distinct. 32. in expositione literae num. 4. vbi ait virum, quoad omnia praesse vxori, praeter legem thori: & hac ratione posse virum irritare omnia vota abinentiae, non vero continentiae vxoris. Idem videtur expressè tenere Durandus 4. dist. 38. quaest. 1. art. 1. num. 7. vbi ait neutrum coniugem sine alterius consensu posse vouere non reddere: quia sunt pares. Et suddicit haec. Quia tamen vir in ceteris est caput mulieris, & ideo licet viro sine consensu mulieris emittere votum de ceteris, sed mulieri non licet sine consensu viri. Atque posse virum irritare omnia vxoris vota excepto voto moderatae elemosinae, tradunt Ab-

bas

bas. cap. scriptura. num. 8. de voto, Palud. 4. d. 38. quest. 3. art. 1. conclus. 6. num. 10. Abulensis cap. 30. Numerorum. quest. 84. Rosella votum 2. num. 8. & 10. Supplementum Gabrielis. 4. dist. 3. quest. unica. art. 2. conclus. 7. Et posse omnia præter votum de rebus necessarijs, vt de non mentiendo, tenet Angles floribus. 2. par. quest. de voto, artic. 7. diffcult. 9. Denique hæc sententiam tenent expressè Maioris. 4. d. 38. quest. 4. dubio 2. quod incipit, dubitatur qui possint vonere, versic. quarta persona. Sotus lib. 7. de iustit. quest. 3. articulo 1. versic. atvero sicuti. Brunellus de sponsalibus, conclus. 30. num. 14. Alcozer summa. cap. 16. fol. 56. pag. 2. conclusione 5. Stunica de voto. quest. 3. num. 74. Manuel 2. tomo summa. cap. 90. num. 9. Aragon. 2. 2. quest. 88. articulo 8. fol. 1020. Emmanuel Sa summa. verb. votum, vbi de voti irratione. §. 1. Petrus de Ledesma de matrimon. quest. 64. artic. 4. dubio 2. conclus. 1. Vega 2. tomo summa. cap. 129. casti 93. & 94. sine. Et dicit tutam, & probabilem, Ludouicus Lopez num. præcedenti pro priori sententia allegatis. Quod verum est, quauis votum vxoris sit de rebus necessarijs, vt de non mentiendo: potest enim vir ea irritare. Quia quauis eiusmodi materia non sit viro subdita, quatenus ad eam est vxor præcepto obligata, est tamen subdita, quatenus ad eam noua se obligatione voti astringit. Viri enim videre est, expediat necne vxorem eo nouo voti vinculo obligari. Potest enim imprudenter id promittere. Ita Sotus, Stunica num. 75. Aragon, Manuel, Vega eo casu 94. sine, proximè citati, & dicit esse valde probabile Ludouicus Lopez ibidem. Et tenet etiam Petrus de Ledesma ea conclusione prima. Et saltem plura vota posse virum sine licentia vxoris emittere, quam vxorem sine licentia viri, probauit hoc lib. 10. disp. 3. num. 7.

5 Quidam excipiunt votum peregrinationis vxoris in subsidium Hierosolymitanum. Sed de hoc latè egi hoc lib. disput. 4. num. 17. vbi id reprobaui.

6 Alij excipiunt vota ab vxore facta post matrimonium ratum, ante illius consummationem, animo ingrediendi religionem. Sed de hac exceptione videbimus, quid sentiendum sit hac disputatione num. 20. Et de voto religionis, dicemus num. 19.

7 Rursus alij temperant, nisi vir notoriam fornicationem corporalem, aut spiritua-

lem admittat: tunc enim dicunt non posse virum irritare vota vxoris etiam sibi præiudicantia. Sic Grassus 1. part. decisionum, lib. 2. cap. 29. num. 8. & possit aliquis exillimare esse sententiam Nauarri summa cap. 12. Latine. num. 64. Hispanè. num. 65. Sed revera id non sentit Nauarri, quid vero sibi dicat, videbimus disputatione 42. numero 8. Potest autem esse fundamentum huius sententia. Quoniam perdit ius petendi debitum à coniuge innocente, ac proinde dominium in corpore, ac voluntatem ipsius. Verùm si hæc limitatio esset vera, idem dicendum esset de fornicatione occulta, per quam pariter idem ius amittitur. Quare dicendum si est, si coniux innocens velit iure suo vtens, à conuente recedere, non poterit adulter eius vota irritare. Vt probat ratio posita: At si nolit eo iure vti, sed maritaliter viuere, poterit vti que. Quia vt probauit lib. 1. disputatione 68. num. 4.) alter coniux adulter non omninò perdit ius, sed in fauorem innocentis, si ipsè velit eam exceptionem opponere, eoque iure vti: Quare dum innocens non eo iure vitur, poterit alter vota irritare. Arque idem dicendum est, quando vxor esset adultera, vir autem innocens, circa potestatem, quam habet vxor irritandi vota sibi præiudicantia à marito facta: eodem enim modo distinguendum est. Quia eadem est ratio. Imò nec innocens poterit irritare vota nocentis, si velit ea gaudere exemptione. Vt num. sequenti explicabimus: vbi & dicemus, an vxor quòd possit adimplere vota, teneatur non reconciliari viro, sed suo iure vti.

Tandem excipiendum est nisi legitime celebretur diuortium ob fornicationem alterius. Nam eo durante neuter potest alterius coniugis vota irritare, quæ ante diuortium poterat. Probatur ex cap. 30. Numerorum, ibi: *Vidua, & repudiata quicquid voverunt, reddent*: Vbi ait Abulensis ea verba explicans, idem ius esse quoad vota de viduis, & de repudiatis. Insuper probatur coniugem adulterum non posse irritare. Quia amittit ius in innocentem, ita vt innocens ipso invito possit ad religionem transire. cap. Agathosa. 27. quest. 1. Constat etiam ex cap. veniens, de conuers. coniug. ibi: *Super reuocacione ipsius, nullatenus est audienda*. Nec posse etiam innocentem durante diuortio irritare vota nocentis, inde constat. Quia durante diuortio cedit iure suo, ac liberat coniugem reum à fer-

uitute,

uitute, & subiectione. Ea tamen est differentia inter vtrumque: quòd innocens potest alterum inuicem sibi reconciliare, ad pristinamque seruitutem redigere, atque ita vota eius tunc irritare, quæ ante diuortium poterat. Reus autem minimè id poterit, nisi alter reconciliationem admittat. At facta reconciliatione, siue mutua voluntate, siue ob recompensationem mutue fornicationis, quando tunc amittit innocens ius diuortij, integrum erit vtrique ea alterius vota irritare, quæ ante diuortium poterat. Quoniam iam res omninò ad pristinum statum est restituta. Dubitabis autem, num innocens possit eam reconciliationem admittere, vel si non celebrauit diuortium, nolle vti iure suo, quòd vota impleat, nec irriterit. Et non ago de voto religionis, aut castitatis, casu quo tunc obligantur qua lib. hoc disp. 6. num. 14. dixi esse peccatum remittere. Sed de cæteris votis est questio. Nam Angelus votum. 2. num. 12. ait ream esse mortalis culpæ mulierem inuentum matrimonium, aduertentem illud fore sibi impedimento, ne vota impleat. Sicut esset mortale, aliud impedimentum admittere. Sed rigida est sententia: & ides dicendum est in neutro casu culpam reperiri. Quia vota castitatis, & religionis, dicendè opponuntur matrimonio, illudque excludunt, quare ea vouens, se obligauit ab eo inuendo abstinere, est semel iniijt, eo non vti, quando sibi licitum fuerit ea vota implere. At cætera vota non excludunt matrimonium, nec illi aduersantur, quare durum esset obligare ad vitam cælibem, conseruandumque diuortium, quò ea expleantur. Cum longè difficilior sit hoc, nec in voto, aliquo modo claudatur. Conferatque ad hoc doctrina, quam tradidimus disput. 34. num. 3. vbi diximus vouentem castitatem non teneri ante matrimonij consummationem, ad religionem transire, propter multò maiorem difficultatem superuenientem. De votis autem tempore diuortij factis, dicam num. 41.

9 Ad argumenta num. 3. proposita respondetur. Ad primum dic, non esse opus ad irritandum, vt vir sit caput spirituale, sicut pater non est caput spirituale filij. Nec vxor subditur viro, vt seruus domino. Quia nõ subditur illi, vt dirigit, ac gubernet eius voluntatem dominus, sed quoad ministeria corporalia ipsi domino exhibenda, quæ in ipsius utilitatem sunt. At vxor plenè subditur viro, vt eius voluntatem gubernet.

Ad confirmationem, negatur antecedens. Imò eo pacto subditur quoad eius voluntatem gubernandam, & dirigendam: quauis in alijs sit differentia. Potest enim pater necessitate oppressus filium distrahare: vir autem vxorem minimè. Atque filius est in omnibus subditus, vxor autem socia, & æqualis quoad debitum coniugale. Ad secundum dic, licet matrimonium non ordinetur per se primò ad hoc: eo ipso quòd viro nubit vxor, ipsam illi plenè subdi, vt ab illo dirigitur, sicut membra suo capiti subduntur. Ad tertium dic, licet vir non habeat potestatem in illum actum, vt præteritus est, illum tamen eam habere, quatenus inducit obligationem de præsentibus, in ordine ad illam irritandam. Quoniam cum haberet potestatem super voluntatem vxoris, tempore, quo vouit, & eius actus liberus, non potuit vxor sine viri consensu talem obligationem ita sibi imponere, vt à viri voluntate irritare volentis non penderet. Ad quartum dic, in eo consistere delictum: quòd cum superior in tantum habeat dominium supra actus subditi, in quâ tum persona illius est sibi subiecta: in eo euentu, in quo persona subditi iustè eximitur à domino, & potestatem superioris, votum se eximendi ad implendum opus cum filij, non subiacet superiori. Quia per illud ab eius potestate liberatur. Et tale est votum religiosi, transiendi ad arctiorem religionem. At per cætera vota non eximitur persona à superioris potestate, & consequenter, nec actus eius liber, quo manes in subiectione, se obligauit. Quam solutionem colligo ex doctrina Innocenti. cap. scriptura. de voto. num. 3. versic. sed nobis, & ibi Antomij. num. 3. vbi docent patrem posse irritare omnia vota personalia filij, etiam puberis, excepto religionis voto. Exceptio nisq; huius eam rationem reddunt. Quòd patria potestas impediendæ efficaciam aliorum votorum, voti vero religionis, minimè. Quia est votum licitè se eximendi ab ea potestate.

SVMMARIVM.

An vir possit irritare vota castitatis ab vxore sine sua licentia, constante matrimonio emissum, potest implendum? Refertur sententia negans. nu. 10. & ibi remissuè, quid, si voto astricta vxor fornicetur? Potest vir irritare id votum nõ petendi vxoris. 11. Similiter potest votum absolutum castitatis sic emissum irritare, ita vt tunc vxor fornicans non sit rea voti, nec teneatur ab alio ma-

trimo.

trimonio, eo soluto, abstinere. num. 12. & ibi, remissum, cap. 210 ante consummationem matrimonij factum est.
Soluantur argumenta. num. 13. Post quem inuenies alia summaria.

Questio secunda. An vir possit irritare votum castitatis constante matrimonio ab vxore, absque sua licentia emissum, & pro tunc implendum? Negat aliqui posse. Ducuntur, quia cap. placet, de conuers. coniug. deciditur vxorem absque viri licentia professam, ab ipsoque reuocatam, teneri non exigere. Quia quantum ad id est sui iuris, & se potuit obligare. Secundo, quia vir non habet dominium in vxorem in ordine ad eum coniugalem, sed quoad eum sunt pares. cap. gaudeamus, de diuort. cap. si quis vxorem. 32. quæst. 1. Nec vir est caput mulieris quoad eam adum. Vt bene docet Durandus. 4. dist. 3. quæst. 1. art. 1. num. 7. Ergo nullo modo poterit votum vxoris circa eum actum emissum irritare. Sic docent D. Bonauent. 4. d. 32. in expositione litteræ, num. 4. Glossa. cap. manifestum. 33. quæst. 5. verb. nisi author. vbi Hugo, & Archid. in fine. Hugo Cardinalis Numer. 3. o. ad finem, littera K. Vincentius in Speculo doctrinali, tomo 2. lib. 9. cap. 86. fine. Palud. 4. dist. 38. quæst. 4. art. 2. concl. 5. num. 23. vbi Mayronis particula 1. concl. 2. Caiet. summa. verb. votum. cap. de conditionibus ex parte vouentis. §. & scito. Et opusculis, tomo 1. traq. 31. septedecim responsionum, responsio 14. dubio 4. Syluest. votum 4. quæst. 2. dicto 4. Nauarr. summa cap. 12. num. 64. Hispanè num. 65. (de limitatione, quam apponit, nisi tali voto astrictus fornicetur, dicam disp. 42. num. 8.) Ledesma 2. par. 4. quæst. 66. art. 4. fine. Palacios 4. d. 32. disput. 2. fo. 717. col. 1. Angles floribus. 2. p. quæst. de voto, art. 7. diffi. 9. Petrus à Ledesma de matrim. q. 64. art. 4. dub. 2. concl. 1. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto 6. q. vltima de votis subditorum, §. existit autem. Ludouicus Lopez p. 1. instr. cap. 47. fine. Ioannes Hefelsin expositione decalogi. 2. præcepto. cap. 14. Et est satis probabilis hæc sententia.

At probabilis est posse virum irritare id votum non petendi debitum ab vxore factum. Probatur ex cap. 30. Numer. & ex D. August. lib. 4. quæst. 59. in Num. & refertur cap. manifestum. 33. quæst. 5. cuius verbarum num. 4. Quod si dicas, ibi fer-

monem esse de voto abstinentiæ. Abbas cap. charissimus. num. 5. de conuers. coniug. hoc rejicit, probatque; nomine abstinentiæ claudi continentiam, per cap. si tu abstines 27. quæst. 2. ibi: *si tu abstines sine vxoris voluntate, tribus ei fornicandi licentiam.* Deinde, quia quantum ad id est sui iuris, & se potuit obligare. Secundo, quia vir non habet dominium in vxorem in ordine ad eum coniugalem, sed quoad eum sunt pares. cap. gaudeamus, de diuort. cap. si quis vxorem. 32. quæst. 1. Nec vir est caput mulieris quoad eam adum. Vt bene docet Durandus. 4. dist. 3. quæst. 1. art. 1. num. 7. Ergo nullo modo poterit votum vxoris circa eum actum emissum irritare. Sic docent D. Bonauent. 4. d. 32. in expositione litteræ, num. 4. Glossa. cap. manifestum. 33. quæst. 5. verb. nisi author. vbi Hugo, & Archid. in fine. Hugo Cardinalis Numer. 3. o. ad finem, littera K. Vincentius in Speculo doctrinali, tomo 2. lib. 9. cap. 86. fine. Palud. 4. dist. 38. quæst. 4. art. 2. concl. 5. num. 23. vbi Mayronis particula 1. concl. 2. Caiet. summa. verb. votum. cap. de conditionibus ex parte vouentis. §. & scito. Et opusculis, tomo 1. traq. 31. septedecim responsionum, responsio 14. dubio 4. Syluest. votum 4. quæst. 2. dicto 4. Nauarr. summa cap. 12. num. 64. Hispanè num. 65. (de limitatione, quam apponit, nisi tali voto astrictus fornicetur, dicam disp. 42. num. 8.) Ledesma 2. par. 4. quæst. 66. art. 4. fine. Palacios 4. d. 32. disput. 2. fo. 717. col. 1. Angles floribus. 2. p. quæst. de voto, art. 7. diffi. 9. Petrus à Ledesma de matrim. q. 64. art. 4. dub. 2. concl. 1. Valentia. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto 6. q. vltima de votis subditorum, §. existit autem. Ludouicus Lopez p. 1. instr. cap. 47. fine. Ioannes Hefelsin expositione decalogi. 2. præcepto. cap. 14. Et est satis probabilis hæc sententia.

Imò idem dicendum existimo, licet votum sit continentie absolutæ, potest enim vir illud omnino irritare. Quia militat eadem ratio. Nam illa noua obligatio, qua vxor absque viri consensu se astrinxit, subditur viro. Atque ita Ioannes de Friburgo, Gutierrez, Antonius Gomez, Vega, dum loco num. præcedenti allegato dicunt posse virum irritare hoc votum, loquuntur expresse de voto continentie. Vnde infero ea irritatione facta, vxorem adulterantem non esse sacrilegam fornicandam, nec soluto matrimonio teneri ab alijs nuptijs abstinere: ad quæ votum obligabat. Quia irritatione extinctum est. (Quando verò ante consummationem matrimonij factum est, dicemus num. 10.) Idque votum sic irritatum non reuiuiscit: vt dicemus num. 37. & 38.

Ad

13 Ad argumenta nauarr. proposita respondetur. Ad primum, dic eum textum nil probare. Tum, quia vir non omnino irritauit votum, reuocando ad se vxorem, sed tantum quoad obligationem ad religionem. Tum etiã (quod verius existimo) quia tantum reuocauit à monasterio, non vtens irratione: sed quia professio non tenet, itaque facta in viri præiudicium. Et ita textus dicit, *Licet votum eius vsquequaque non tenuerit.* & clarior cap. quidam, eo tit. ibi, *Votum non tenuit.* Ad secundum, constat ex dictis num. 11. quantum enim non habeat dominium in eam materiam, habet in voluntatem, qua se obligat.

SUMMARIUM.

An vir possit irritare vota vxoris sine sua licentia facta, implenda tempore soluti matrimonij: & generaliter de votis ita factis à quibuscumque subditis, dilatatum tempus quo cessabit superioris potestas, an possint à superiore irritari: Refertur duplex sententia num. 14 & 15.

Sententia affirmans auctoritas num. 16.
Quid, de voto ferri in tempus dilato, si donatus fuerit libertati: num. 17.

Quid, de voto castitatis vxoris in tempus soluti matrimonij: num. 18.

Quid, de voto religionis sine tunc implendo, quoad matrimonium nondum est consummatum, vel implendo tempore soluti matrimonij: num. 19. & ibi, *quid de voto religionis facto ab impubere, implendo post pubertatem?*

Quid, de ceteris votis factis ante matrimonium consummatum, animo ingrediendi religionem, vel simul promittendo religionem, & in ea illa implere: vel alij, tali animo: num. 20. vbi *quid de vota castitatis?*

Soluantur argumenta num. 21. Post quem inuenies alia summaria.

14 **Q**uestio tertia. Vtrum possit vir irritare vota vxoris sine sua licentia emissã, implenda tempore soluti matrimonij? Vt generaliter de omnibus subditis questionem hæc disputemus, est triplex sententia. Prima ait nullum superiorem posse similia vota irritare. Quia superior potest irritare vota, eod quod sit dominus materiæ promissæ, & non ratione qua superior est, nisi quatenus persona vouens esset materia voti, sed in hoc euentu votum emittitur pro eo tempore, quo nec vouens, nec materia voti, erit sub potestate superioris:

ergo non poterit irritare. Secundo, specialiter probatur de voto religionis facto tunc, pro tempore soluti matrimonij. Quia cum sit votum per quod vouens eximitur à potestate superioris, videtur idem dicendum de illo, ac de voto religiois transitu ad arctiorem religionem. Quod num. 9. hac ratione diximus irritari non posse. Et idem hanc sententiam sustinent Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. dubio penultimo de superioribus in genere habentibus irritandi potestatem, immediate ante. §. in solutione ad 3. Ang. votum 2. fine. Nauarr. summa cap. 12. num. 66. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1021. Angles floribus 2. p. q. de voto, art. 7. diffi. 8. concl. 2. & post difficultatem 9. dubio 1. col. 2. & post difficultatem 12. dubio 5. concl. vnica. Ludouicus Lopez 1. par. instr. cap. 48. §. vota femel irritata. Manuel. 2. tom. summa cap. 89. num. 8. & 90. nu. 10. Et loquuntur expresse in nostris terminis, Aragon, Caietan, Angles, & Manuel, dicentes non posse virum irritare vota vxoris in tempore soluti matrimonij facta. Et est satis probabilis.

Secunda sententia vitur hac distinctione. Aliqui fuit subditi non tantum quoad materiam promissam, sed etiam quoad voluntatem; ita enim eorum voluntas pendet à superiori, vt nec velle, nec nolle habent, nec possunt disponere de spectantibus ad personam, quia traditi sunt superiori ad regimen voluntatis. Quales sunt religiosi respectu sui prælati, & filij impuberes respectu patris. Alij vero sunt tantum subditi quoad materiam promissam, nempe, quoad aliqua obsequia, & aliquod regimen. Quales sunt, seruus domino; vxor viro; filij puberes patri. Priorum ergo subditorum vota facta ad tempus soluta: potestatis, possunt superiores irritare: posteriorum vero minime. Probatur prior pars. Quia pater potestas irritandi vota, præcipue collata est ad gubernandã voluntatem impuberes adhuc imperfecte vtentis ratione, quæ errare potest non minus circa obligationes implendas post pubertatem, quam circa implendas, dum est impubes. Et religiosus eadem ratione omnem sui potestatem tradidit prælato, vt eum vice Dei, quoad omne tempus gubernaret. Posterior pars probatur. Quia illi superiores non habent potestatem in vota propter fauorem subditorum, bonamque illorum gubernationem, sed præcipue propter conseruandum suã potestatem, maxime quoad res, in quibus sunt

sunt

sunt superiores: ac subinde irritare non poterat vota sine potestati minime prejudicantia; qualia sunt implenda tempore quo subditi sui iuris erunt. Et confirmatur, quia absurdum dictu videtur, posse dominum irritare votu quod servus emisit in tempore quo libertate donatus fuerit. Ideo hac sententiam tenet Sylv. votum 4. q. 2. dicto 5. vnde male Sotus num. sequenti allegandus, eum refert, religio. 2. q. 1. sine, quasi vniuersaliter teneat omnes superiores posse eiusmodi vota irritare. Nam tantum ibi loquitur Sylv. de voto impuberis implendo tempore soluta patrie potestatis: & ita non sibi contrarius est. Idem tenent Emmanuel Sa summa verb. votum, vbi de voti irratione. 9. votum impuberis. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto 6. q. 5. Et loquitur expressè Sylv. est. de viro, & vxore: & hac sententia est etiã valde probabilis.

16 Tertia sententia (quam probabiliorē reputo) ait posse omnes superiores ea vota irritare. Quia tempore quo votum illud emittitur, voluntas illa subditi est sub potestate superioris, quantumcūq; executio in aliud tempus differatur. Et confirmatur, quia licet executio pendeat in futurum, at talis votu grauius, & obligatio, præsentia sunt. Deinde, quia sequitur ex tali voto preiudicium superiori, nam tempore quo est verè superior, & alter subditus, eum non recognoscit, vouens sine eius consensu. Tandem probatur specialiter de viro respectu vxoris, in quo casu hæc opinio est multo certior. Quia vxor non tantum subditur viro ratione materie promissæ, sed ratione voluntatis, qua vouet, vt vir eius imprudentiã, & imbecillitatē consulat (vt diximus num. 4.) tam imprudenter autem potest vouere vxor pro tempore, quo sui iuris erit, sicut pro nunc. Atq; ita docent Sotus lib. 7. de iust. q. 3. art. 1. paulo ante solutionem ad argumenta. Alcozer summa c. 16. de votorum ingenere irratione, cõsul. 9. fol. 55. pag. 1. Ludouicus Lopez 1. part. instr. cap. 50. paulo post principium. Vega 2. tomo summe cap. 129. casu 20. Et de votis vxoris, tenet Stunica de voto. quest. 3. num. 76. & multalij Neoterici doctissimi.

17 Quauis autem Sotus ibidẽ, dicat idem de voto serui emissio in tempore quo libertate donatus fuerit: & Ludouicus Lopez dicat se esse accipitem. At credo excipientem esse à doctrina num. precedenti traditum

ea, & ita dominum non posse irritare id votum serui. Quia dominus nulla ratione potestatem habet irritandi vota serui, in fauore ipsius serui, vt eius imbecillitati, & imprudentiã consulat, sed omninõ in bonũ, & vtilitatē domini, ne damnũ ex eo voto sentiat. Quod in votis sic emisiss locum non habet. Secus autem contingit in alijs superioribus. Et ita docet Abulenſis. c. 30. Num. q. 91. Et hoc tandem tenet ipse mer Ludouicus Lopez ibidem.

18 Excipit etiã Ludouicus Lopez nu. 16. allegatus, votum castitatis factum ab vxore, pro tempore, quo sui iuris erit, implendum: aitq; non posse à viro irritari. Cũ tam dubium sit, an irritari possit, quando constante matrimonio est emissum, prout implendum (vt vidimus num. 10.) At melius Sotus, & Stunica num. 16. allegati, dicunt posse id votum irritari. Quia voluntas vxoris dum id promittit, est sub viri potestate, ab eoq; gubernanda, ne imprudenter voto se alliget. potest autem imprudentia reperiri in promittenda castitate in tempore soluti matrimonij.

19 Quæstio autem grauior est de voto religionis. Nam fortiter vrget argumentum 2. propositum num. 15. Sed sic distinguendum existimo. Si id votum emissum sit ab vxore post initũ matrimonij, ante illius consummationem, prout implendũ, res manifesta est nõ posse irritari à viro. Quia est votum per quod eximẽda est vxor à viri potestate, dissoluendumq; est matrimonium. Atq; ideo habet se instar voti facti à religioso, transeundi ad strictiorem religionem. Si verò emissum esset in tempore soluti matrimonij, siue matrimonio non consummato, siue consummato, posset vir irritare. Atq; ita Sotus, & Stunica num. 16. relati asserunt votum religionis vxoris in tempore soluti matrimonij posse à viro irritari: nec distinguunt, emissum sit nec ante matrimonij consummationẽ. Et ratio. n. præced. adducta id probat. Et ratio disparitatis est inter hoc votum, & votum religiosi si transit ad strictiorem religionem. Quia per hoc votum religiosus omninõ eximitur à potestate illius superioris, iustq; huiusmodi exemptionem concessit, in qua re voluntatẽ subditi minime subiecit superiori. At per illud, vxor non est eximenda à viri potestate: cum ea iam soluta implendum sit: ac eius voluntas constante matrimonio est omninõ sub viri potestate, ab ipso gubernanda, præter quam quoad tran-

situm

situm ad religionem ante matrimonij consummationem. Sed obijciẽs, hinc sequi, nõ posse partem irritare votum religionis filij impuberis, implendum post pubertatem. Quia per transitum ad religionẽ est exigendum à patria potestate, sub qua erat adhuc pubes factus, quando votum executurus erat. Neganda est sequela, & dicendum, posse id votum irritari. Quia per illud non eximitur filius à dominio paterno, quod habebat in ipsius voluntatẽ tempore, quo impubes erat, ad gubernandam eius voluntatem circa vota personalia: sed pubertate adueniente, quando votum implendum est, ab eo liberatur, quantum ad religionem minime trãseat. Et ideo dispar ratio de voto religiosi. Sed quid, si vxor erat impubes, malitia supplete aetatem, & vouit religionem ante matrim. consummatum? dicam disp. 4. r. n. 8.

20 Tandem dubitatis, quid dicendum sit, de votis ab vxore emisiss ante matrimonij consummatum, animo transeundi ad religionem factis? Et quidem de voto ipso religionis, iam dixi num. præcedenti. De cæteris autem votis est difficultas. Quidã asserunt non posse irritari à viro: secus si absq; eo animo emissã sint. Sed ego nõ video differentia. Quia animus ille cùm non cadat sub voto, minime voti naturam immutat, nec viri potestatem, quam per matrimonij contractũ, in vxoris voluntatem acquirit, auferit. Imò existimo quantumcũc vxor voueret transitum ad religionem, & alia vota in illa, implenda, posse illa vota irritare, permanenti voto transeundi tunc ad religionem. Quod num. præcedenti irritari nequaquam posse diximus. Ducor, quia ea voto tempore subiectionis emissã sunt, & dum subiecta est, irritatur, nec per illa eximitur à viri potestate. Sicut si religiosus voueat transitum ad strictiorem religionem, & alia vota implenda in illa, poterit prelatu hac vota irritare: illud verò, minime. Sed oppones, si votum castitatis tunc irritet vir, & ita consummetur matrimonium, iam non posse vxorem ad religionem transire. Dic hoc non obstat. Quia licet auferatur obligatio voti castitatis, ad huc manet votum transeundi ad religionem, quod obligat ad non consummandũ, ne ingressus religionis impediatur. Quod si votum religionis non sit emissum, sed solus animus ingrediendi affuerit, non tenetur ex voto castitatis ad religionẽ, nec ex eo animo (vt diximus disp. 3. 4. nu. 3. & 4.)

Atq; ita non obstat irritatiõni illius voti, impedimentum ingrediendi religionẽ. Vnde fit vt eo voto castitatis irritato, possit cõsummare vxor siue petendo, siue redendo, etiam priori bimestri, nisi votum religionis obstat: quòd si illud emisit, peccabit primò consummans contra votu religionis, non autem contra votum castitatis. Et si tunc adulteretur, non erit sacrilega aduersus votum. Quia omninõ extinctum est per irritatiõnem: perinde ac extincti diximus nu. 12. quando matrimonio consummato emissum est.

Ad argumenta nu. 14. proposita sic. Ad primum dic sufficere vt persona vouens sit subiecta, & materia voti tempore, quo illud emissum est, quãvis obligatio executionis sit dilata in tempus libertatis. Quia verificatur tempore subiectionis esse subditu materia vinculi illius voti, & extunc illo obligari ad exequendum tempore libertatis. Ad secundum, constat ex dictis nu. 19.

SUMMARIUM.

An vir possit irritare vota vxoris ante matrimonij facta? proponitur argumenta probantia partem negantem. num. 22. Potest. & remissio an sit vera irritatio, ita vt non reuiscant. num. 23. & ibi, remissio, quid quando tempore diuorij facta sunt. An peccet vir irritans, quando de consensu patris emissã sunt? num. 24. An habeat verum id sola votis viro prauidicantibus? num. 25. Quid, in voto dandi elemosynarum? n. 26. & ibi, remissio, quid, quando hac, & cætera vota facta sunt ante matrimonium, existente muliere sub alterius potestate? Quid, in voto castitatis? num. 27. & ibi de votis de rebus necessarijs, & remissio, quando facta sunt hac omnia vota tempore diuorij? vel vbi vterq; vouit continentiam, aut religionem. Quid, in voto religionis? num. 28. & quid, si factum sit tempore diuorij. An peccet mulier nubens, sciens fore vt non possit implere vota? remissio. num. 29. Quid, de obligatione facta homini per vxorẽ, ante matrimonium? num. 30. Soluantur argumenta num. 31. post quem inueniunt alia summaria.

Questio quarta. An possit vir irritare vota vxoris ante matrimonij emissã? Et quidem pars negatiua inde suaderi videtur.

detur. Quia ea vota sunt omnino independentia viro facta: cum tempore quo emissa sunt, non fuerit vxor illi subiecta. Secundo, qui obligatio illa voti iam erat Deo acquisita, iuri autem acquisito non potest vir derogare, & non possit obligationem homini factam per vxorem ante matrimonium irritare.

Ceterum dicendum est posse virum irritare ea vota (loquor hoc termino irritationis, quia eo vtuntur Doctores, quos referam hic, quando sentiam cum aliquibus illorum, eam non esse irritationem, sed suspensionem pro tempore constantis matrimonij, & ita eo soluto reuiscere. Quod num. 39. explicabo.) Probatur ex D. Augusti. lib. 4. q. 56. in Numer. & habetur cap. noluit 33. q. 5. ibi. *Ita si adhuc in nuptiis concesserat pater vota persolvere, si antequam persolverit, nupsit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, non persoluat, & hoc omnino sine peccato.* Et rationem trademus num. 25. Sic videntur tenere Host. summa tit. de voto, §. quis vouere possit num. 7. vers. vxor etiam. An. tom. cap. scripture num. 3. de voto. vbi Abbas num. 8. Card. q. 15. Anchar. num. 14. Henricus num. 6. D. Antop. 3. p. tit. 1. cap. 22. initio. Rosella votum 2. nu. 7. Ang. votum 2. num. 11. lex. 8. tit. 8. p. vbi dicant vxorem non debere implere vota ante matrimonium facta, contradicente viro. Et docent expresse Hugo, & Archid. cap. noluit num. vnico. & ibi Bellemera statim in principio. Turrec. cap. sunt quedam 17. q. 1. n. 9. Vincentius in speculo doctinali, tomo 2. lib. 9. cap. 86. Sylu. votum 4. q. 2. dicto 1. Abul. cap. 6. Matth. q. 149. Nauar. sum. Latina cap. 12. num. 65. sine Hispana c. 28. additione ad eundem nu. Monaldus sum. tract. de voto, tit. de votis coniugatorum vers. sed nunquid possunt. Alexander in Enchiridion 1. p. de potest. confessoris cap. 5. num. 155. Philarcus de officio Sacerd. tomo 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. §. sed maior difficultas. Aragon 2. 2. q. 88. art. 8. fol. 1020. Azor lib. 11. in lit. moral. cap. 17. q. 14. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto 6. q. vltima de votis subditorum. Graffis. p. 2. decisiouum. lib. 2. cap. 12. num. 45. Manuel 2. tom. summa cap. 90. nu. 10. Stunica q. 3. de voto num. 75. Emmanuel Sa summa verb. votum, vbi de voti irritatione. §. 1. Vega 2. tomo summa cap. 129. casu 20. Quid autem, si tempore diuortij fiant. dicam nu. 41.

Hinc inferitur, licet pater consenserit voto, non peccare virum postea reuocando.

Quia vitur iure suo, cui pater praeiudicare non potuit. Videtur expressa sententia D. Augusti. cuius verba num. praecedenti retuli. Et ita intelligentes ea verba, docent Hugo, Archid. Bellemera num. praecedenti retulati.

Aliqui temperant, vt intelligatur de votis marito praeiudicantibus. Sic Abb. Monaldus, Sylu. Nauar. Azor. Id tamen mihi non est. Quia sunt in ea sententia, vt vir nequeat vota ab vxore constante matrimonio facta, irritare nisi sibi praeiudicent (vt num. 3. vidimus.) Ceterum existimo posse omnia irritare (excepi voti religionis, de quo dicam num. 28. & votum castitatis, atq; de rebus necessarijs: & dandi elemosynam: de quibus dicam num. 26. & 27.) Quia quando actus liber, quo mulier ante matrimonium vouit, non sit viro subiectus, tanquam omnino praeteritus. At materia illa voto promissa, est iam plene viro subiecta. Quia potest modo vir in omni tempore occupare vxorem. Qua ratione vitur D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3. ostendendum nulla religio voti esse firma absq; praelati consensu. Atq; ita nec ea vxoris vota ita firma erunt, quin possint à viro reuocari. Et hoc dicit esse probabile Lud. Lopez 1. p. iulru. cap. 48. §. rursus.

Excepi primò vota realia emissa ab vxore ante matrimonium. Vt si tunc vouit elemosynam, cum esset sui iuris, vt si erat vidua, vel carebat patre, & tutore: haec enim vota non poterit maritus irritare. Quia iudicandum est ac de alijs debitis, ad quae vxores antea tenebantur. Quando enim id debitum sit personale, nulla enim hypotheca afficit bona, aliàs transire obligatio ad singularem successorem, vt legatarium, vel titulo emptionis possidemem ea bona, aut donationis: non tamen est debitum, quod iurisperiti personalissimum appellant: aliter obligatio voti realis explendi non transferret ad heredem. Quod est contra omnes. Et ita potest dici quodammodo bona afficere, atq; ita virum teneri permittere, vt vxor expleat, & cum eo onere recipere bona. Dixi, si erat sui iuris. Nam si non talis esset, licet pater, tutor, aut vir non irritasset, maritus poterit. Quia loco illorum succedit, & erant vota de praesentia & consensu superioris. De qua potestate late dicam disput. 41. & generaliter de alijs votis quae vir nequit irritare, eò quod facta sint ante matrimonium: an possint in hoc uirtu irritari.

Secun.

27 Secundo excepi votum castitatis ab vxore ante matrimonium emissum: id enim à viro irritari nequit. Quoniam illud votum continet duo, nempe, non exercere actum venereum nec reddendo, nec petendo. Quoad primum non indiget irritatione. Nam sortior matrimonij vinculo constringitur reddere. Quoad secundum autem, irritari nequit à viro. Quia materia petendi non est viro subiecta, ita vt prohibere possit, aut praecipere debiti petitionem, sed mulier est libera, & sui iuris in hoc. Nec actus liber, quo mulier eam sibi obligationem imposuit, est sub viro dominio, & potestare. Quoniam est iam Deo consecratus, & quando fuit elicitus, non poterat prohibere ne eliceretur. Quare non est audiendus Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 1. tit. 8. quaest. 35. dicens posse virum id votum irritare. Cuius contrarium tenent omnes, quos num. 10. retuli, asserentes nec emissum post matrimonium votum castitatis posse à viro irritari. Eadem ratione dicendum est, nec posse virum irritare vota de rebus necessarijs, vt de non furando, & de non mendando, emissa ab vxore, ante matrimonij contractum. Quia nec materia illa tanquam necessaria subditur viro. Nec actus liber, quo votum factum est, tanquam omnino praeteritus, & Deo consecratus, & quidem eo tempore quo voluntas illa à viro non dependebat. In quo distinguitur à tali voto post matrimonium factum. Quia tunc voluntas erat viro subiecta. Et ideo, num. 4. diximus posse à viro irritari. Vtrum autem possit vir irritare haec vota, quando tempore, quo mulier erat impubes illa emisit, poterantque irritari à patre, matre, vel tutore? dicam disput. 41. num. 4. Si autem facta sint tempore diuortij, dicam hac disput. num. 41. & quid, de votis factis postquam vterq; coniux vouit continentiam, aut religionem? dicam disput. 42. n. 10.

28 Tertio excepi votum religionis ante matrimonium ab vxore emissum: non enim poterit à viro irritari. Quia si matrimonium non est consummatum, tenetur tunc implere: & id votum tunc emissum non potest irritari à viro (vt probaui num. 19.) nedom votum factum ante matrimonium. Si verò iam sit consummatum, non indiget pro tunc irritatione. Quoniam impleri nequit. Nec potest irritari pro tempore, quo vxor erit sui iuris, quando iam tenebitur implere. Quoniam ma-

teria illa non erat viro subiecta tempore quo promissa est, nec actus liber, nec subiicitur etiam materia tempore, quo votum implendum est. Quae dixerim, si mulier iam pubes promissit. Nam si erat impubes, & ita poterat votum illud irritari, dicam disput. 41. numer. 4. 5. Quando factum est tempore diuortij, dicam hac disput. nu. 41.

Vtrum autem peccet mulier matrimonium iniens, sciens fore impedimento ne vota expleat? Dixi nu. 8.

Tadem, si mulier obligationem aliquam cum homine contraxerit ante matrimonium, vir non poterit illam irritare, propter ius homini acquisitum. Et quia iustius agit cum Deo, quam cum homine. Sic docent Hugo, Archid. & Bellemera, nu. 23. allegati, & potissima ratio differentiae est. Quia superior non gerit vices hominis, cui ius acquisitum est, vt possit illud remittere, & irritare: at gerit vices Dei, cui ius per votum acquiritur.

Ad argumenta. n. 22. proposita respondeatur. Ad primum dic argumentum concludere eam non esse veram irritationem, sed suspensionem: quod est verissimum. Ad hanc autem suspensionem satis est vxorem postea incidere in viro potestatem, non enim placet Deo, vt ipso contradicente impleretur. Ad secundum dic, non posse virum derogare omnino irritando, bene tamen suspendendo, vt dixi in solutione praecedenti, cur autem idem non possit in obligatione cum homine contracta, dixi numer. praecedenti.

SVMMARIVM.

AN vota per virum irritata reuiscant?
Si vera irritatio sit, non reuiscant,
secus si sit suspensio sola. n. 32.

Refertur quedam sententia, nu. 33.

AN vt vota irritata non reuiscant, desideretur potestas, & dominium in voluntatem subditi, vel sit sit in materia promissam? nu. 34.

AN si superior irritans det licentiam postea, teneatur subditus implere votum irritatum, & quid si non sit vera irritatio, sed suspensio? nu. 35.

Vota vxoris facta post matrimonium, & irritata non reuiscant, nu. 36. & ibi, idem de votis seruorum, & puerorum.

Idem de voto castitatis tunc facti, & irritati, nu. 37.

Nann Idem

idem de votis factis in tempus soluta potestatis. & irritatis, num. 3.

Vota vxoris ante matrimonium facta, & irritata, viro reuiviscunt, num. 39. & ibi, an vxor teneatur ad ea viro postea dante licentiam?

Quid si dum mulier ante matrimonium vouit, erat sub potestate alicuius, qui poterat irritare, ut sub potestate patris, tutoris, alterius mariti: vel in ea etate vouit, ut si esset sub alicuius potestate posset irritare. An post sit vir perfectus ea vota irritare. Ita ut non reuiviscant? Et quid, de votis factis post matrimonium ex licentia viri, & irritatis? Et an vota viri per vxorem irritata reuiviscant? Remissio, num. 40.

Quid de votis factis tempore diuortij, an reputentur quasi facta ante matrimonium, ut reconciliatione facta si vir irritet, reuiviscant. Et si sint castitatis, vel religionis, vel de rebus necessariis, ut de non mentiendo, nequeant etiam imperfecte irritari: ac si ante matrimonium facta essent? numerus 41.

An vota emissae ab aliquo ante ingressum in societatem Iesu sint suspensa, & reuiviscant, si post vota biennij expellatur? num. 42.

Quid, si superior irritet ea, vel tempore natiuitatis emissae, vel post vota biennij etiam facta in tempus expulsiōnis? & an possit irritare? num. 43.

Quid, si in eis dispenset: & an possit, numerus 44. & ibi, an possit Episcopus cum nouit ijs dispensare?

An superior possit irritare vota professi quae noluit in professionem commutare, ita ut eo expulso non reuiviscant? num. 45.

Soluuntur argumenta, num. 46.

32

Questio vltima. An vota vxoris absque viri licentia facta, tunc implenda, vel in tempus soluti matrimonij, vel facta ante matrimonium, aut tempore diuortij, & a viro irritata, reuiviscant, ita ut soluto matrimonio teneatur vxor ea implere? Absque controuersia est (ut bene animaduertit Valentia. 2. 2. disput. 6. quest. 6. de voto, puncto. 6. quest. 4.) vota omnino legitime irritata, minimè reuiviscere. Quoniam per irritationem illa obligatio voti est omnino extincta: at obligationem semel extinctam minimè reuiviscere, comperitur iuris est. I. cum ex causa. C. de remissio. pigno. Quia cum iam desierit esse, vires reassumere non poterit, nisi iterum

obligatio illa imponatur ab eo qui potest. Sicut lex semel cassata non potest amplius obligare: nisi iterum Principe eam sanciente. Quare aliqui Doctores asserentes votum semel irritatum, reuiviscere, aut sunt reprobandi: aut intelligendi, quando non est vera irritatio, sed suspensio voti. Hi sunt Vincentius speculatio Strinali, tomo. 2. lib. 9. capit. 85. Tabiena votum. 5. quest. 5. & videntur tenere Innocent. capit. scripturae, de voto numero. 3. versic. idem credimus, & ibi Hostien. ad finem, Ioan. Andr. numero. 4. Anton. numer. 3. Cardin. quest. 13. Ancharan. numero. 8. vbi dicunt impuberem teneri implere votum peregrinationis, vbi fuerit sui iuris. Atque communiter referuntur pro hac sententia Innocentius ibi. Sed nec ipse, nec alij qui eum omnino sequuntur, explicant, fuerit votum irritatum, necne. Difficultas igitur praesens eo pertinet, ut explicetur, num hæc sit legitima, & vera irritatio, an potius suspensio voti pro eo tempore, quo potestas mariti durat. In priori enim casu, constat vota illa penitus extingui, & ideo numquam amplius obligare: in posteriori autem, obligare cessante viri potestate.

Quidam igitur opinantur vxorum vota constante matrimonio facta, non verè irritari per viros, sed esse suspensione pro tempore constantis matrimonij, atque ideo eo soluto reuiviscere, & implenda esse. Ducuntur, quia hoc distat inter irritationem ratione dominij, aut quasi dominij in voluntatem: aut ratione materiae: quod in priori casu est vera irritatio, & ita votum non reuiviscit, ut contingit in votis impuberum, & religiosorum. In posteriori autem, si materia est huiusmodi ut maneat in potestate subditi, postquam a potestate superioris eximitur, ut si vouisset quotidianam elemosinam, non est perfecta irritatio, sed suspensio, atque adeo soluta potestate votum reuiviscit. Ut contingit in votis vxorū. Quod inde probatur, quia nequit superior irritare votū illius, nisi quantum potest illi subtrahere materiam oblatam: cum sit solum superior quoad rem oblatam, at nequit materiam oblatam auferre, nisi pro tempore, quo est illi subditus, pro quo solo tempore materia est sub illius potestate. Ergo non potest omnino votum irritare, sed illud suspendere: & proinde cessante potestate reuiviscit. Secundò, quia quoad subditus potest licet

33

exequendi votum eo tacito, negatio licet: superioris, non est voti irritatio, secundum omnes, sed cessat pro tunc obligatio per materiae subtractionem, manenti voti vinculo, & cessante prohibitione reuiviscit. At ita contingit in praesenti, tantum enim subtrahitur materia subiacens dominio viri. Ideo hanc sententiam tenent Rosella votum. 2. num. 7. & 13. Valentia. 2. 2. disp. 6. quest. 6. de voto, puncto. 6. q. 4. iuncta quest. vltima de votis subditorum. Nam in ea quest. 4. docet quando subditur aliquis quoad solam materiam, votum reuiviscere: & quest. vltima, docet vxores quoad vota non subijci ratione voluntatis, sed materiae promissae: ac subinde censet ea reuiviscere. Idem tenent in alio simili, haerentes tamen rem esse dubiam, Palud. 4. d. 3. quest. 4. art. 2. concl. 11. num. 29. D. Anton. 2. part. tit. u. c. 2. §. 6. vers. 2. pueri, nempe, in voto filij puberis. Et similitudo in hoc consistit, quod talis filius solum ratione materiae subditur patri, ut probauit, num. 2.

34

Ut radicatus tamen intelligatur, quando vera irritatio voti sit, quandoque suspensio: aduertendum est dupliciter votum irritari posse. Primò, directè voti vinculum dissoluendo. Secundò, quasi indirectè, per remotionem materiae, illam prohibendo. Quando ergo votum irritatur ratione dominij in voluntatem, extinguitur directè vinculum, & ideo nunquam reuiviscit. Quia eam actus ille liber, quo votum est factum, sit pendens à superioris consensu, tanquam ipsi subiectus, potest superior suo dissensu reuocare omnino, quo sublato extinguitur votum. Atque superior irritans id velle facere videtur, nisi aliud declaret. Quia id sonat irritatio. Quando autem irritatur votum ratione solius dominij, & potestatis superioris in materiam promissam: quantum Doctores, numer. praecedenti relati sentiant indistinctè non esse irritationem directam, & veram. At sic distinguendum arbitror. Aut materia omnino, & plene subiacet potestati superioris: quia, scilicet, nulli alij est prius oblata, aut de iuncta obligatione aliqua subiectionem illam praecedenti, & tunc credo esse perfectam irritationem: & ideo votum esse irritatum non reuiviscere. Contra Doctores, numer. praecedenti allegatos. Qui autem hoc doceant, referam, numer. 36. Et ratio est. Quia quod iuris est de toto quoad totum, idem est, & esse debet de par-

te quoad partem. I. quae de toto, in principio. ff. de rei vendic. & late tradit Euerardus loco à toto ad partes, numero. 2. & sequentibus. Sicut ergo ad omnimodam, & totalem irritandi vota potestatem, consideratur, & sufficit dominium totale voluntatis subditi, seu actus liberi, quo vouet Deo rem illam, ita ad partem irritandi partialem, nempe, in materia determinata, sufficit, ac necessarium est partiale dominium, nimirum, voluntatis, seu actus liberi, quo materia illa promittitur. Et confirmatur, quia sicut vbi adest perfectum dominium voluntatis subditi, potest superior omnia eius vota irritare. Eo quòd vota habeant tacitam conditionem, nisi superior contradixerit, qui ratione dominij absoluti & totalis, id potest efficere: atque est perfecta irritatio. Ita quando habet dominium partiale voluntatis subditi circa aliquam materiam, poterit circa illam perfectè, & omnino irritare. Quandoquidem vota de tali materia habent similem tacitam conditionem: potestque superior contradicere ratione totalis dominij, quod habet in voluntatem subditi, quoad dispositionem de illa materia. Aut non omnino, & simpliciter subiacet potestati superioris, sed secundum quid. Ut si ante subiectionem iam illa materia erit Deo consecrata, & oblata per votum. Tunc enim non simpliciter subiacet illa materia superiori, nec actus liber, quò oblata est Deo. Atque tunc dum superior irritat: non est vera, & perfecta irritatio, sed secundum quid, & potius suspensio. Ac proinde durante potestate excusatur subditus ab implerione: at ea soluta tenetur. Et actum liberum tunc non esse subiectum, inde constat. Quoniam est omnino praeteritum, & Deo per votum independens ab alicuius consensu, dicatur, ac tempore quo non erat subiectio. Nec potest modò subditi. Quia ad praeteritum non est potentia. Nec subditi postea persona, subdantur eius actus praeteriti. Cum iam transierint. Dices vinculum voti, & obligationem esse praesentia. Respondeo, eum tale votum naturaliter, & intrinsecè sequatur ex actu promissionis, nulla ratione posse superiorum hoc nomine votum perfectè irritare, nisi habeat, vel habuerit dominium in illum actum. Quòd autem tunc non simpliciter materia subdatur superiori, pro-

batur. Quia cum prius esset obligata Deo, quius in illam acquisierat, non potest plene, & omnino subdialteri. Sed potest secundum quid. Quia superior, nimirum, vie potest in omni tempore occupare vxorem, ac proinde potest pro tunc. Atque vxor fortiori seruitutis vinculo astricta non tenetur protrunc vota exequi (vt declarauimus nu. 25. Tandem eam irrationem in hoc euentu non esse veram, sed suspensionem, probatur, quia ea vota sunt facta absolute, & independenter à voluntate superioris, cum tunc non esset, nec subinde habent tacitam conditionem, nisi superior contradixerit. Quod est ratio, & fundamentum potestatis irritandi perfectè: teste D. Thom. 2. 2. quæstion. 88. artic. 8. corp. & ad. 1. quem alij omnes sequuntur. Item, quia ea vota præterita non sunt modò sub potestate superioris, cum iam sint Deo consecrata: sicut proximè dicebatur de actu libero promissionis. Ergo nulla ratione potest ea omnino irrita facere. Cum nec habeat, nec haberit dominium in actu vouendi. Et confirmatur, quia sicut actus vouendi fuit absolute, & independenter elicitus, ita est à Deo acceptatus: & consequenter vinculum voti ex eo actu confurgens. Doctores autem asserentes si vota emissã ante subiectionem, irriterentur, non esse perfectam irrationem, & reuiscere: in quo casu non est dominium in materia absolute, sed secundum quid: referam, nu. 39.

Atque vltra differentiam, nu. 32. traditam inter veram irrationem, & suspensionem, quod per illam omnino cesset vinculum voti, per hanc autem non cesset, sed exequutio suspèdatur, donec cesset potestas superioris: est alia differentia ex hac confurgens. Nam vbi vera voti irratio, non tenetur amplius subditur ad illud, quantum superior assensum præbeat. Quia obligatio illa omnino extincta reuiscere nequit, nisi subditus denuo voueat. Ita Syl. votum. 4. q. 2. dicto. 3. Nauar. summa. cap. 12. numero. 65. Grassus. 1. part. decisio. num. lib. 2. capit. 29. numero. 4. Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. §. sed maior difficultas. Emmanuel Sa summa, verb. votum, vbi de voti irratione. §. irritans votum si postea. At vbi est sola voti suspensio, conueniente superiori obligabit. Quia vinculum voti manebat, & ob solam materiæ prohibitionem suspensum erat, ergo cessante prohibitione

ne pristinas obligandi vires recuperabit votum.

Ex dictis deducitur primò, vota omnia constante matrimonio emissã ab vxore, pro tunc implenda, si à viro irriterentur, non reuiscere. Contra Doctores relatos, numer. 33. Probant Abb. Caiet. Ang. Syl. Sotus, statim citandi, per. e. quidam, & c. placet, de cõuers. coniug. vbi coniug professus, & ab altero reuocatus non tenetur reuocante mortuo, ad religionem transire. Sed hi textus nil conferunt: non enim innituntur irrationi voti, sed quia professio fuit irrita (vt num. 13. probauit.) Ideò melius probatur. Quia vir potest irritare vota vxoris ratione potestatis, & dominij in voluntatem ipsius (vt probauit, nu. 4.) In quo casu fatetur omnes esse perfectam irrationem, nec vota reuiscere (vt diximus, numer. 34.) Atque ita tenent Abbas cap. scripturæ num. 7. de voto. Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 8. dubio. 4. Abulensis. c. 30. Num. quæst. 86. Angelus votum. 2. num. 12. Syluest. votum. 4. q. 2. dicto. 3. & 4. Armilla, verb. votum, num. 12. Sotus lib. 7. de iustit. q. 3. ar. 1. vers. aliud post hæc dubiū. Nau. sum. c. 12. num. 66. Ludouic. Lopez 1. p. instructori. c. 48. §. vota semel irritata. Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. §. sed maior difficultas. Vega 2. tomo summa. c. 129. casu. 95. Imò esto diceremus vota hæc irritari à viro non ratione dominij in voluntatem vxoris, sed quia materia est illi subiecta. Cùm materia plenè subdatur tanquam nulli alij ante subiectionem dicata, esset perfecta irratio, nec reuiscerent (vt nu. 34. probauimus.) Atque ita Syl. eadem. q. 2. dicto. 3. fatetur vxorem tantum subdi viro quoad materiam. Quod idem (vt n. 3. retuli) sentiunt Nau. Philareus, Ludouic. Lopez, & tamen omnes hi asserunt ea vxoris vota non reuiscere. Præterea, quia idem dicunt de votis seruorum per dominos irritatis, Sotus, Nau. Philareus, Ludouicus Lopez ibi. & tamen constat seruos tantum quoad materiam subijci dominis. Atque idem non omnia illorum vota possunt dominij irritare, sed sola illis præiudicantia. Tandem, quia de voti puberum dicunt idem Sotus, Syl. ea quæst. 2. dicto. 3. & 4. proximè citati, & Aragon. 2. 2. quæst. 88. artic. 8. sine, & Grassus. 1. part. decisio. num. lib. 2. cap. 29. num. 5. Philareus proximè allegatus, quos tamen solum ratione materiæ subdi patri, probauimus, nu. 2.

36

Secun-

37 Secundo infertur, votum castitatis constantè matrimonio ab vxore emissum, quod nu. 11. & 12. dixi posse à viro irritari, non reuiscere. Quia irritatur ratione dominij, quod habet vir in voluntatem vxoris, ad illam dirigendam, quantum deficiat dominium in materia illam.

38 Tertio infertur vota ab vxore, seu ab alio subdito in tempore solutæ potestatis, quando sunt à viro, seu ab alio superiore irritate: quæ nu. 16. posse irritari diximus, non reuiscere. Et hoc licet sit votum castitatis emissum ab vxore ad illud tempus. Quod numer. 18. probauit posse irritari. Quia ea vota aut irritantur ratione dominij in voluntatem: aut saltem dominij in materiam. Et eadem ratione dicendum est idem de voto religionis in id tempus ab vxore factò. Quod numer. 19. dixi posse irritari. Et hoc necessariò tenentur dicere omnes, quos nu. 16. 18. & 19. retuli dicentes posse ea vota irritari. Non enim possunt intelligi de suspensione. Nam eum non obligent donec soluat potestatis superioris, ipsa sunt suspensa.

39 Quarto infertur, vota ante matrimonium ab vxore facta, quæ irritari à viro posse diximus, numer. 23. soluto matrimonio reuiscere. Quia ea non est perfecta irratio. sed tantum suspensio. Nam cum nec actus liber, nec votum emissum est, viro subdatur: nec etiam materia promissa sit illi subiecta simpliciter, sed secundum quid (vt explicui, numero. 34.) non possunt ea vota simpliciter irritari. Atque ita docent Archid. cap. noluit. 33. quæstio. 5. numer. vnicò. & ibi Bellemera, numero. 11. Rosella votum. 2. numer. 7. Nauar. summa cap. 12. numero. 61. Alexander in suo Enchiridion. 1. part. de potestate confessoris. c. 5. numer. 155. Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. part. 2. lib. 3. cap. 4. §. sed maior difficultas. Ludouicus Lopez. 1. part. instructo. cap. 46. §. mulier vxor. Grassus. p. 2. decisio. num. lib. 2. cap. 12. num. 31. Quare audiendus non est Vega. 2. tomo summa cap. 129. casu. 20. qui dicit non reuiscere. Dicitur, quia obligatio semel extincta non reuiscit. Sed supponit obligatio nem illam semel extinctam esse, & non potius suspensam. Quod probare oportebat. Dum dicunt autem hi doctores obligationem illam reuiscere, intelligendū sunt quoad materiam, ad quam votum illud cessante superioris potestate obligat. Verbi gratia, vovit vxor ante matrimonium

se quotidie recitaturã calculos virgineos: aut ieiunaturam omnibus sextis ferijs rotius vice, irritauit postea vir, non tenetur soluto matrimonio ad preces, & ieiunia omnia tempore suspensionis voti. Quia fuerunt onus diei, ac proinde transacto die cessauit obligatio. Sed tenebitur ab eo tempore soluti matrimonij ad recitandã quotidie eas preces, & ieiunandum sextis ferijs. Hinc fit, si postquam vir id votum irritauit: concedat iterum licentiam, teneri vxorem ex tunc illud seruare. Iuxta dicta, numero. 35. Quia obligatio tantum erat suspensa, dum vir impediabat materiam.

Quid autem dicendum sit, si tempore quo vxor ante matrimonium vovit, erat sub potestate alicuius, qui id votum irritare poterat: vt patris, tutoris, aut alterius mariti. Vel si ijs carebat, erat in ea ætate constituta, vt si eos haberet, possent irritare, vt si impubes vovit votum personale: vel pubes ante vigesimum quintum annum fecit votum reale. An possit præsens maritus irritare, ita vt votum illud non reuiscat? dicam tota disput. 41. Atque de votis ex viri licentia factis, an irritari ita possint à marito, vt non reuiscant? Dicam tota disput. sequenti. Et de potestate vxoris ad viri vota irritanda, ita vt ea non reuiscant. Dicam tota disputatio 42.

41 Grauior autem difficultas est de votis ab vxore factis tempore diuortij ob adulterium, an reputentur ea vota quasi facta ante matrimonium, & ita reconciliatione sequuta nequeant etiam imperfectè irritari, seu suspendi, si sint castitatis, religionis, realia, aut de rebus necessarijs, que numero. 26. & duplici sequenti diximus nec imperfectè irritari posse: aut si sint alia vota quæ imperfectè irritari possunt facta ante matrimonium, tunc etiam facta, non possint aliter irritari, atque ita soluto matrimonio reuiscant? Et videtur non posse. Quia cum neuter coniug tunc sit sub potestate alterius, votum videtur independentens, ac si ante matrimonium emissum esset. Sed sic distinguendū existimo. Si coniug reus vota emittat etiam castitatis, & religionis, poterit innocens vir reconciliari volens, eo pacto, irritare, quo possit irritare, si matrimonio integro, & ille facta fuissent. Quia cum matrimonium tunc separaretur, ac diuortium fiat, in fauore innocens, ac dependenter ab eius volũ

40

41

Nunn 3 tate,

tate, nimirum, dum ipse noluerit reum ad pristinam amicitiam restituere, nequit alter illius iuri præiudicare: ac proinde quicquid uoverit, habet tacitam conditionem, dummodo non præiudicet iuri, quod innocens ante diuortium habebat. Cum potest componere uoluerit quod clarius constabit ex dicendis lib. sequenti, tota disput. 10. Si autem innocens vota emittat, censendum est de illis, sicut de factis ante matrimonium. Quia innocens tunc est omnino sui iuris, & obligatione aliqua alteri coniugi non est altrius, quamuis vinculum matrimonij perseueret. Quare uouet ab altero independenter. Vnde fit ut nullo modo suspendere possit coniux reus, pacibus compositis, quamuis sit vir, vota castitatis, religionis, de operibus necessarijs, ac reuera ab altero coniuge innocentem tunc emissa. Sicut ea facta ante matrimonium suspendere non posse, diximus num. 26. & duplici sequenti. At poterit vir suspendere vota alia innocentis uxoris, sicut num. 23. & 25. diximus posse facta ante matrimonium: & vota sic suspensa reuocari, ut diximus, numer. 39. Non autem vota coniugis rei, quæ innocens uere irritauit. Sicut nec reuocantur vota integro matrimonio facta, & irritata. Ut diximus, numer. 36. Similiter uxor si rea sit, ubi ad amicitiam restituta fuerit, poterit suspendere ea vota, quæ postea si ante matrimonium facta fuissent à viro: & si ipsa sit innocens, vir autem reus, poterit irritare ea vota, quæ postea si integro matrimonio facta fuissent. Ob rationem dictam. Quæ autem sint vota, quæ tunc potest irritare: & quæ suspendere: dicemus tota disput. 42. Ex quo deducitur, si innocens, siue vir, siue uxor, emittat eo tempore diuortij, votum religionis, aut castitatis: cum sit tunc omnino sui iuris, teneri ad illud: & nequire alteri remittere adulterium, ne votum infringere cogatur (ut dixi numero. 8.) At facta semel reconciliatione, aut inflaurato matrimonio ob simile adulterium eius, qui prius innocens fuerat, excusabitur à religionis voto pro tunc, donec illi soluto matrimonio, aut ob aliud diuortium, liceat ingredi: & si fuit votum castitatis, tenebitur reddere, ac petere non poterit: & tenebitur etiam non reddere, si iterum sit iusta diuortij causa ob alterius adulterium: perinde ac si id votum castitatis esset ante matrimonium, factum. Quando autem

essent alia vota, posset innocens reconciliationem facere, licet executio illorum votorum esset illi interdicens, & suspensenda (ut num. 8. probaui) & omnia hæc intelligo, quamuis propria autoritate innocentis fiat diuortium, & quid si licentia ipsius alter uoueat dicat lib. 10. disp. 10. nu. 14.

Quinto infertur, vota facta in seculo ab ingrediente Societatem Iesu, quæ suspensa in ea sunt, reuocari, eo egresso. Quare dum manet in Societate, ad ea minime tenebitur. Ut habetur can. 22. primæ congregationis generalis Societatis Iesu, & regula. 23. magistri Nouitiorum. Quod intellige, nisi post professionem expellatur. Cum enim omnia vota in solemnem professionem commutentur, extinguitur prorsus eorum obligatio. Atque ita eo expulso non reuocantur.

Dubitabis autem, Quid dicendum sit, si superior Societatis ea vota irritet? Primo dico, non posse ea vota irritare superiorem Societatis Iesu, quæ quis in seculo, aut tempore nouitatus emisit. Quia nouitij non subduntur superiori quoad omnia, sed tantum ut probentur, & instruantur in religione. Ita docent Nau. summa latina. c. 12. nu. 65. hispana. c. 28. additione ad eundem Ludouicus Lopez. 1. p. in fl. c. 48. §. materia voti (quamuis. c. 47. §. sed utrū, dubius manserit.) Manuel. 1. tom. q. regularium quæst. 25. art. 8. fin. At potest talis superior, ut magister Nouitiorum, vel alius superior ea vota in nouitatu, vel ante emissam suspendere, donec commutentur in professa: oacm. Atque idem caute dixit Nauar. non posse superiorem irritare, sicut potest vota professorum. Quasi uelit posse vota horum perfecte irritare: illorum autem solum suspendere, & ita reuocari eis egressis. Probatur posse suspendere. Quoniam nouitius pro tunc subditur prælato, sicut professus: cum hoc solo discrimine, quod professus tenetur ut voto obedire: nouitius autem se offert sponte ad obediendum: & supposito eum uelle profiteri, debet obedire: ne repulsum patiatur. Secundo dico, superiores Societatis Iesu posse vota irritare emissa à religiosis illius, postquam admissi sunt ad vota biennij, vel coadiutorum formatorum: & ea sic irritata nunquam reuocari: quæ uis emissæ sint in tempus si à societate egressi fuerint. Quia quamuis ea vota non sint solemnia, at ueros religiosos eos con-

42

43

44

stituit, ut declarat Gregor. XIII. in bulla, Accedente Domino, concessa Societati, anno. 1582. & per ea se tradunt, & sua, Societati, quantum est ex parte sua: & habet Societas in eos. Ut ibi declarat Gregor. XIII. & sunt omnino subditi, ita ut nil omnino possiderent, donare uel possint, nec de se disponere. At irritandi potestas ex hac subiectione oritur. Præterea, quia uoluntas horum multo magis subditi superiori, ab illoque pender, quam uoluntas filij à patre, aut uxoris à marito. Atque ita sentiunt uiri doctissimi. Tertio dico, non posse eos irritare vota à talibus emissæ in seculo, aut tempore nouitatus, quæ uis iam vota biennij, aut coadiutorum formatorum fecerint (post professionem autem dicam, numero. 44.) At posse ea suspendere pro tempore, quo manserint in Societate, vires reassumptura post egressum. Quia reputantur tanquam vota facta ab uxore, ante initium matrimonium. Quæ numero. 39. probauimus non uere irritari, sed suspendi à viro. Quia hæc similiter extra tempus subiectionis facta sunt: atque ita nec superior habet potestatem in adum liberum tanquam omnino præteritum: nec in materiam, tanquam iam Deo consecratam ante subiectionem. Vtrum autem possit talis superior irritare: quando fecit votum tempore quo pater, vel tutor, quem habebat, poterat irritare, vel si haberet, posset? Dicam disput. 41. numer. 11.

Duplex autem obiectio superest contra hoc. Prior, nam inde sequitur nec superiorem religionis posse in nouitiorum vota suspendere. Quoniam ad id requiritur uera superioritas spiritualis. Atque ita concedit Angles floribus. 2. part. quæstio. de voto, artic. 8. post decimam diffi. dubio. 3. & dicit esse tutius, Ludouicus Lopez. 1. part. instr. & cap. 47. §. Sed utrū. At uerius est posse suspendere. Quoniam tempore quo nouitius perseuerat in religione, quamuis prælatus non habeat potestatem dominariam in eius uoluntate nondum sibi per professionem traditam, habet tamen spirituale iurisdictionem (ut tradit Nauar. summa latina cap. 12. numer.

65.) Non enim decet ut circa nouitij in religione occurrerit, adeatur Episcopus. Ita docent Enriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 22. num. 7. Manuel in quæst. regulæ. tomo. 1. quæst. 25. art. 8. Pro eadem opinione sunt Syl. verb. dispensatio, quæst. 14. dist. 1. & ibi Ang. n. 8. ubi dicunt posse prælatum religionis dispensare cum nouitio ut ad ordines promoueat. Vnde potest prælatus religionis dispensare cum illis, in ijs in quibus potest cum professis. Addit (& bene) Enriquez posse similiter Episcopum cum illis dispensare. Quia nondum plenam exemptionem, & subiectionem regulari prælato consecuti sunt, atque proinde possunt se Episcopo subijcere, ut cum ipsis dispenset.

Secunda obiectio est. Quia inde etiam sequi videtur, non posse prælatum irritare vota quæ professus in seculo, aut in nouitatu emisit, noluitque per professionem extinguere. Quia facta ante tempus, quo nec adus liber, nec materia erant subiecta prælato, & ita tantum poterit illa suspendere, atque eo expulso à religione reuocantur. Sed neganda est sequela, & dicendum posse ea perfecte irritare, in statum votorum post professionem factorum. Et ratio est. Nam teste Syl. votum. 4. quæstio. 7. dicto. 3. si eam uoluntatem habuit non extinguendi per professionem, ante instantem ipsius, adhuc extinguitur votum: si uero in ipso instanti professionis, reputabitur ac factum post professionem, & proinde tempore plenæ subiectionis, ac poterit irritari. Sicut tradunt Doctores peccatum prauæ dispositionis commissum in baptisimi susceptione, reputari tanquam admissum post baptismum, & ita subijci sacramento penitentiae.

Ad argumenta, num. 33. proposita, respondetur. Ad primum negando eam differentiationem ubi materia plenè subijcitur, & non tantum secundum quid, & ad probationem, est neganda minor. Quæ constat ex dictis, num. 34. Ad secundum neganda est minor. Quia in casu priori superior tanquam voti ignarus non intendit irritare. Nam uoluntas non fertur in obiectum incognitum: sicut in casu posteriori.

45

46

